

## Aduertencias para

graduati Religionum præter Religiones Pre-  
dicatorum, & Minorum tenentur se coram  
Ordinariis præsentare & ab ipsis approba-  
tionem obtinere. Ratio est, quia Fratribus  
aliorum Ordinum communicatur ex priuile-  
gio facultas Clementinæ Dudum, & Priuile-  
gia & consuetudines immemorales in dic-  
ta constitutione & in Concilio Tridentino  
tolluntur. Neq; obstat, quod dicit Concilium  
vel aliàs idoneus iudicetur vel reputetur, nã  
ex dictis verbis non summitur efficax argu-  
mentum ad credendum Regulares Episcopo-  
rum examini non esse summittendos, nam nõ  
tantum dicit vel aliàs idoneus iudicetur sed  
etiam, & approbationem quæ gratis detur ob-  
tineat. Quæ verba plane designant non suf-  
ficere iudicium idoneitatis, nisi etiam appro-  
batio Episcoporum ipsam idoneitatem cali-  
ficantium concurrat. Verum quo ad Fratres  
Predicadores & Minores dicit, quod cum ipsi  
ratione iuris communis in Clementina Du-  
dum expressi sine causa ab Episcopis repro-  
bati & reiecti possint præsentari iuxta for-  
mam ipsius iuris facere omnia illa, ac si esset  
admissi, quod priuilegium siue ius commu-  
ne non est abrogatum per Concilium Tride-  
ntinum